

gulis (Iaspidū differentijs) Græcino-
mina ex argumento dedere. Quarta
apud eos vocatur borea, cœlo autu-
mali matutino similis: & hæc erit illa
quæ vocatur aërizusa.

Ab aqua nomen tulit Enhydros,
de quo suprâ Capite I. Argentum vi-
uum Græci ab aqua & argento deno-
minât, ὑδραργυρον: huic enim fuso præ-
fertim, colore splendoreq̃ similis est.
aquæ autem & liquoris modo fluit:
quare & ἀργυρον χυρὸν vocitant. Be-
ryllum Itali, Aquam marinam nun-
cupant. nam colore imitatur fluctus
maris cœruleos. Sed aliter Cardanus:
Calais (inquit in lib. de Gemmis & co-
lorib.) est gēma paulò durior Crystal-
lo: cuius, cum (vera) sit rarissima, maxi-
ma copia est (fictitiæ.) Nā vitro adul-
terat̃. Inuenit̃ em̃ nitri species nō am-
pulloſi, ac durioris: quod sub terra fe-
pultū colorē cōtraxit subcœruleū, &
aquæ maris similē fermé. nā & ipsa co-
lorē habet huiusmodi, sed q̃ ad cœru-
leū poti⁹ vergat, scilicet inter modicè

Aqua ma-
rina.

Calais.